

The *Regule Grammaticales* of Guarino Veronese

W. Keith Percival

This is a working edition, not a critical edition, of the *Regule grammaticales* of the great humanist educator Guarino Veronese (1374–1460). It is doubtful whether a critical edition is feasible: the textual diversity observable in both manuscript copies and printed editions is such that it is hard to see how the customary procedures of textual criticism might be applied. The chief difficulty is caused by the fact that textual deviations were caused not by unconscious slips of the pen, but by a conscious desire on the part of copyists, most of whom were probably teachers or students of grammar, to adapt the text to their particular needs.¹

The text of the *Regule grammaticales* presented here is based on the following manuscripts:

Modena, Biblioteca Estense, Raccolta Campori, app. 136 = γ . I. 7. 27; and Raccolta Campori, Ms. 43 = γ . D. 6. 5.

New York, Columbia University, Plimpton 133, 145, and 146.

Oxford, Bodleian Library, MS Lat. misc. e. 123.

Vatican City, Biblioteca Apostolica Vaticana, Chigi L IV 98.

Venice, Biblioteca Marciana, MS Lat. XIII, 143 (= 4042).

Verona, Biblioteca Capitolare, Cod. DCCXLV.

I have also consulted the edition printed in Venice by Federico de' Conti on 5 January 1470.²

None of the manuscripts is dated. The oldest-looking manuscripts are perhaps the Marciana and Bodleian copies in the above list. However, I have selected these particular manuscripts not primarily because of their age, which in most cases is difficult, if not impossible, to estimate, but because compared to others they show fewer interpolations. However, it is important to bear in mind that a manuscript which contains fewer interpolations cannot be assumed a priori to be earlier than one containing more, even in the unlikely event that we have successfully identified all interpolated passages.

It is also well to remind ourselves that when we spot interpolations we may never be in a position to reconstruct their chronology. In some instances, a word or phrase interpolated by one scribe may have been deliberately omitted by the next scribe, and the resultant copy would acquire a deceptively older appearance. Nor can we rule out the possibility that Guarino was responsible for revising the text himself, for the *Regule grammaticales* was alluded to by him in a letter as early as 1418, over forty years before his death. He may well have revised the work in

the light of experience, since we must assume that he continued to use it in the classroom during his long teaching career. That the problem of the author's variants greatly complicates the task of the textual critic was pointed out over half a century ago by Giorgio Pasquali.³

From the point of view of the historian of Latin grammar, moreover, all copies of Guarino's *Regule grammaticales* are of equal interest because of the light that they throw on the Latin grammatical tradition in fifteenth-century Italy, and this statement applies a fortiori to the copies which were least like the archetype. A set of corrupt copies tells us more about how grammar was being taught in fifteenth-century Italian humanistic circles than the archetype would do even if we could successfully reconstruct its textual characteristics. At best, therefore, the present edition offers the reader only a tantalizing glimpse of early Quattrocento Latin grammar.

A particularly difficult problem for any editor of the *Regule grammaticales* is caused by the lexical and sentential examples, which differ from copy to copy more than the rest of the text. The reader should, therefore, not assume that the ones chosen in this working edition are known to be Guarino's own. That caveat applies a fortiori to the stacked lists of verbs in the various syntactic classes and also to the numerous vernacular glosses, which scribes added to and subtracted from as they saw fit. Moreover, each scribe appears to have translated glosses into his own local dialect. The order of the main sections of the work also varies from manuscript to manuscript. No headings are shared by all manuscript copies and printed editions; I have, therefore, thought it best not to provide any.

Copies of the *Regule grammaticales* usually also contain Guarino's *De orthographia* (incipit: "A separans *m* vel *u*, *abs c q t*, cetera vult *ab*"), or his *Carmina differentialia* (incipit: "Dicitur esse *nepos* de *nepa* luxuriosus"). I have added a transcription of the former. I have published an edition of the *Carmina differentialia* elsewhere.⁴ I have also added a transcription of Guarino's short treatise *De diphthongis* (incipit: "Non sine causa factum esse"), which is often encountered on its own.

Many manuscripts containing one or other of Guarino's grammatical manuals also include other grammatical works. A fact that may surprise us is that the *Regule grammaticales* was often copied together with medieval grammatical texts, notably the pseudo-Donatus (incipit: "Ianua sum rudibus primam cupientibus artem") and the popular grammatical compendium by Pietro da Isolella, dating from the thirteenth century (incipit: "Vt ad sapientiam per grammaticam peruenire possimus").⁵ Moreover, many research libraries own manuscripts consisting of miscellaneous grammatical works dating from the Quattrocento some of which are recognizable variants of Guarino's works while others have not yet been identified. Probably, no sharp line separating what we nowadays call humanistic grammars from their medieval predecessors existed in the minds of those who used these elementary pedagogical tools in the classroom in

the fifteenth century. The pseudo-Donatus, for example, continued to be utilized throughout the Renaissance, printed editions of that work appearing as late as the final decades of the sixteenth century.

The spelling and punctuation of Latin that we find in the various copies of Guarino's grammatical writings varies from copy to copy: for instance, in one copy we may find *litera* and in another *littera*, in one *quatuor* and in another *quattuor*. In general, the spelling and punctuation current in the Quattrocento differ markedly from the way that we spell and punctuate Latin in modern editions of classical texts. To adhere to present-day standards would have the disadvantage of giving the text of the present edition a deceptively classical appearance. On the other hand, we cannot reconstruct Guarino's own practice from the extant copies, as numerous as they are. Fortunately, the orthography and punctuation of Latin usual among fifteenth-century humanists had certain general characteristics. Guarino's contemporaries still generally wrote, for example, *e* for *ae* and *oe*. In fact, one rule in the *Regule grammaticales* makes sense only if *ae* is interpreted as a single unit. However, having written a pioneering treatise on the Latin diphthongs Guarino was well aware that the diphthongs *ae* and *oe* differed from *e*. How he himself spelled and punctuated Latin in his daily work we do not know.

Other spellings widespread in the Quattrocento were *litera*, *nunquam*, *quanquam*, and *quatuor*. In this edition, I adhere to these practices, but I obviously cannot defend each orthographic decision that I have taken. Throughout I print *V* for both *u* and *v* when they appear as initial capitals or in titles, and *u* elsewhere. For the convenience of the reader, I capitalize proper nouns and employ hyphens in front of cited endings. I also use italics to indicate cited forms, whether whole words or parts of words. I enclose sentential examples in inverted commas. Needless to say, those graphic devices were available neither to Guarino nor to the copyists and printers of the *Regule grammaticales*. It is well for the reader to realize at all times, therefore, that the spelling and punctuation of this working edition cannot claim to represent Guarino's own practice. It is in the nature of a compromise, at best a suggestive approximation, at worst a caricature.

REGULE GRAMMATICALES

Partes grammaticae sunt quatuor, uidelicet litera, syllaba, dictio, et oratio; litera ut *u*, syllaba ut *ui*, dictio ut *Victor*, oratio ut ‘Victor amat Andream.’ Literarum alie sunt uocales, alie consonantes. Vocales sunt quinque: *a, e, i, o, u*, ex quibus fiunt diphthongi quatuor, scilicet *ae, oe, au*, et *eu*. Consonantes sunt sedecim: *b, c, d, f, g, k, l, m, n, p, q, r, s, t, x, z*; *y* Greca uocalis est; *h* uero non est litera, sed aspirationis nota. Ex consonantibus quedam sunt mute, quedam semiuocales. Mute sunt nouem: *b, c, d, f, g, k, p, q, t*. Semiuocales sunt sex: *l, m, n, r, s, x*. *Z* uero nouiter reperta est litera; pro ea enim ueteres gemino *ss* utebantur, ut *patrisso*, sed inter mutas numerari potest. Sciendum est quod *x* et *z* duplices consonantes sunt; illa enim pro *c* et *s*, *z* uero pro *ss* duplici ponitur. Scito *l* et *r* liquidas uocari. Omisso in presentiarum de syllaba, de reliquis dicatur.

Partes orationis sunt octo: nomen, uerbum, participium, pronomen, prepositio, aduerbium, interiectio, et coniunctio, de quibus quidem quatuor sunt declinabiles: nomen, uerbum, participium, et pronomen. Relique sunt indeclinabiles: prepositio, aduerbium, interiectio, et coniunctio.

Nomini accidunt quinque: species, genus, numerus, figura, et casus.

Species nominum sunt due: primitiua, ut *mons*; deriuatiua, ut *montanus*.

Genera nominum sunt septem: masculinum, femininum, neutrum, commune, omne, promiscuum, et incertum; masculinum, ut *hic Victor*; femininum, ut *hec Berta*; neutrum, ut *hoc imperium*; commune, ut *hic et hec homo*; omne, ut *hic et hec et hoc felix*; promiscuum, quod sub uno articulo significat animalia utriusque sexus, ut *hec aquila*; incertum, ut *hic* uel *hec dies*.

Numeri nominum sunt duo: singularis, ut *remus*; pluralis, ut *remi*.

Figure nominum sunt tres: simplex, ut *animus*; composita, ut *magnanimus*; decomposita, ut *magnanimitas*.

Casus nominum sunt sex: nominatiuus, ut *Victor*; genitiuus, ut *Victoris*; datiuus, ut *Victori*; accusatiuus, ut *Victorem*; uocatiuus, ut *o Victor*; ablatiuus, ut *a Victore*. Rectus est unus, scilicet nominatiuus. Obliqui sunt quinque: genitiuus, datiuus, accusatiuus, uocatiuus, et ablatiuus.

Articuli sunt tres: *hic, hec, hoc*. *Hic* est signum masculini, *hec* feminini, *hoc* neutri, *hic* et *hec* communis, *hic et hec et hoc* omnis, *hic* uel *hec* incerti.

Quoddam est nomen substantiuum, quoddam adiectiuum. Substantiuum est illud quod unum tantum habet articulum, uel duos ad plus, ut *hic Andreas*, uel *hic et hec uirgo*. Adiectiuum est quod tres habet articulos, ut *hic et hec et hoc felix*, uel tres uoces, ut *stultus, stulta, stultum*.

Adiectiuum cum substantiuo in quatuor concordat: in persona, genere, numero, et casu, ut *Lodouicus facetus*, non autem *faceti*.

Declinationes nominum sunt quinque: prima, cuius genitiuus singularis in *e* desinit, ut *Muse*; secunda, cuius genitiuus singularis in *i*, ut *Lodouici*; tertia, cuius genitiuus singularis in *is*, ut *Victoris*; quarta, cuius genitiuus singularis in *us* uel in *u*, ut *uisus* uel *cornu*; quinta, cuius genitiuus singularis in *ei*, ut *speciei*.

Nomina quedam sunt propria, ut *Lodouicus*, *Guarinus*, quedam appellatiua, ut *homo*.

Accidentia uerbi sunt octo: genus, tempus, modus, species, figura, coniugatio, persona, et numerus.

Genera uerborum sunt quinque: actiuum, quod in *o* desinit, ut *amo*; passiuum, quod desinit in *or*, ut *amor*; neutrum, quod passiuum non habet et in *o* finitur, ut *sedeo*; commune in *or* in utraque significatione, ut *hortor*; deponens, quod in *or* desinit et significationem actiuam habet, ut *sequor*.

Tempora uerborum sunt quinque: presens, ut *amo*; preteritum imperfectum, ut *amabam*; preteritum perfectum, ut *amaui*; preteritum plusquamperfectum, ut *amaueram*; futurum, ut *amabo*.

Modi uerborum sunt quinque: indicatiuus, ut *amo*; imperatiuus, ut *ama*; optatiuus, ut *utinam amarem*; subiunctiuus, ut *cum amem*; infinitiuus, ut *amare*.

Species uerborum sunt due: primitiua, ut *amo*; deriuatiua, ut *amasco*.

Figure uerborum sunt tres: simplex, ut *amo*; composita, ut *peramo*; decomposita, ut *peramasco*.

Coniugationes uerborum sunt quatuor: prima habet in secunda persona *-as* aut *-aris*, ut *amo*, *amas*, et *amor*, *amaris*; secunda habet *-es* aut *-eris*, ut *doceo*, *doces* et *doceor*, *doceris*; tertia habet *-is* aut *-eris* breuem, ut *lego*, *legis*, et *legor*, *legeris*; quarta habet in secunda persona *-is* aut *-iris* longum, ut *audio*, *audis* et *audior*, *audiris*.

Persone uerborum sunt tres: prima, ut *amo*; secunda, ut *amas*; tertia, ut *amat*. Numeri uerborum sunt duo: singularis, ut *amo*; pluralis, ut *amamus*.

Uerborum quedam sunt personalia, quedam impersonalia. Personalia sunt que tres personas habent, ut *amo*, *amas*, *amat*, et semper uolunt habere nominatiuum ante se. Impersonalia sunt que carent numeris et personis, ut *tedet*, et ante se uolunt obliquum, ut *me tedet uitiorum*.

Omnia nomina et pronomina sunt tertiarum personarum, exceptis *ego*, quod est prime, et *tu*, quod est secunde, et uocatiuis, qui sunt persone secunde.

Nominatiuus cum uerbo tenetur concordare in duobus: in numero et in persona, ut *Andreas scribit*, non autem *scribunt*. Relatiuum cum antecedente tenetur concordare in tribus: in persona, genere, et numero, ut *uideo Petrum qui ludit*.

Verbum impersonale est duplex, scilicet actiue uocis et passiuue uocis. Actiue uocis est illud quod desinit in *-t*, passiuue uocis illud quod desinit in *-tur*, et uult ante se ablatiuum *a* uel *ab* mediante, et post se casum sui uerbi, ut *a me seruitur Deo*.

Verbum impersonale passiuue uocis descendit a uerbis desinentibus in *-o* que habent ante se nominatiuum persone agentis; et sunt uerbum actiuum, uerbum neutrum acquisitiuum, uerbum neutrum transitiuum, et uerbum neutrum absolutum.

Interest et *refert* quando habent post se infinitum uolunt ante se genitiuum, ut ‘Virgilio interest scribere,’ exceptis *mei tui, sui, nostri*, et *uestra*, ut ‘mea interest scribere.’ Si autem non habent infinitum, sunt personalia et uolunt ante se nominatiuum persone agentis et post se genitiuum persone patientis, exceptis *mei, tui, sui, nostri* et *uestri*, loco quorum ponimus *mea, tua, sua, nostra*, et *uestra*, ut ‘libri intersunt mea.’

Hec uerba *libet, placet, liquet, accidit, suppetit, euenit, contingit, uacat*, et *restat*, quando habent infinitum post se uolunt datiuum ante se, ut ‘militi placet pugnare.’ Si autem non habent infinitum, sunt personalia et uolunt ante se nominatiuum persone agentis et post se datiuum persone patientis, ut ‘uirtus placet clericis.’

Ista uerba *deceat, delectat, iuuat*, et *oportet*, cum habent post se infinitum uolunt ante se accusatiuum, ut ‘bonos deceat bene uiuere.’ Si autem non habent post se infinitum, sunt personalia et uolunt ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, ut ‘bona uerba delectant me.’

Ista uerba impersonalia uolunt ante se accusatiuum persone patientis et post se genitiuum persone agentis uel infinitum:

Penitet et *tedet, miseret, piget, ac pudet*, ista

Accusatiuis coniungimus et genitiuis.

Ista uerba *incipit, desinit, debet, solet, potest*, et *uult*, iuncta cum infinitis impersonalia sunt, et casum uolunt quem illa infinita, ut ‘uiros bonos solet tedere uitiorum.’ Si autem iungantur cum personalibus, sunt personalia et uolunt ante se nominatiuum, ut ‘uirtus debet placere hominibus.’

Nota quod uerbum actiuum est illud quod desinit in *-o*, et format passiuum in *-or*, et uult ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, ut ‘ego amo Petrum.’

Amo	as	
Diligo	is	<i>per</i> amare
Zelo	as	
Gero	is	
Fero	fers	<i>per</i> portare
Porto	as	

Lego	is	<i>per lezere</i>
Perlego	is	<i>per lezer perfetamente</i>
Voco	as	<i>per chiamare</i>
Finio	is	
Compleo	es	
Termino	as	<i>per compire</i>
Perficio	is	
Exigo	is	
Aspicio	is	<i>per uedere</i> ⁶

*Aspicit et uideo, cerno, iuuat, et fero, porto,
Diligo, finit, amo, uocat, inchoat, et lego, canto,
Accusatiuos his uerbis iungito solos.*⁷

Nota quod sunt quedam uerba actiua que uolunt ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, et ultra accusatiuum alium accusatiuum, ut ‘ego doceo te grammaticam.’

Doceo	es	
Moneo	es	<i>per amaistrare</i>
Instruo	is	
Cingo	is	<i>per cenzer</i>
Subcingo	is	<i>per sotocenzere</i>
Induo	is	
Vestio	is	<i>per uestire</i>
Celo	as	<i>per ascondere</i>
Rogo	as	
Oro	as	<i>per pregare</i>
Exoro	as	
Flagito	as	
Peto	is	<i>per domandare</i>
Calcio	as	<i>per calzare</i>

*Flagito, posco, peto, rogo, calceo, celo,
Vestio, subcingo, cingo, monet, instruit, oro,
Postulat, exorat, duplices adiungito quartos.*⁸

Nota quod sunt quedam uerba actiua que uolunt ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, et ultra accusatiuum genitiuum uel ablatiuum denotantem pretium uel causam materialem, ut ‘ego emo equum decem ducatis uel decem ducatorum.’

Emo	is	<i>per comprare</i>
-----	----	---------------------

Vendo	is	per uendere
Presto	as	
Accomodo	as	per imprestare
Estimo	as	per estimare
Cibo	as	per nutrire

*Damnat et accusat, cibat, arguit, implet, emitque,
Estimo cum uendo, saturo, increpo, nutrio, pasco,
Hec ablatiuis coniungimus et genitiuis.*

Nota quod sunt quedam uerba actiua que uolunt ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, et ultra accusatiuum datiuum, ut ‘ego do tibi panem.’

Do	as	
Prebeo	es	per dare
Tribuo	is	
Parco	is	per perdonare
Mutuo	as	per dare impresto
Promitto	is	per promittere
Spondeo	es	

*Do, tribuo, impendo, submitto et exhibet addo
Mutuo, concedo, presto, manifestoque, narro,
Declaro cum significo, promitto, spondeo, dono,
Post quartum casum iungi uoluerunt datiuum.*

Nota quod sunt quedam uerba actiua que uolunt ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, et ultra accusatiuum ablatiuum sine prepositione, ut ‘ego spolio te cappa.’

Spolio	as	per spoliare
Priuo	as	per pruiare
Orno	as	per ornare
Onero	as	per incargare
Munio	is	per fornire

*Exuo cum spolio, uacuo, munit, imbuo, priuo,
Alleuio atque onero, leuat, ornat uerba notabis,
Hec ablatiuos solos actiua requirunt.*

Nota quod sunt quedam uerba actiua que uolunt ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, et ultra accusatiuum ablatiuum *a* uel *ab* mediante, ut ‘ego audio lectionem a magistro.’

Audio	is	per odire
-------	----	-----------

Intelligo	is	per intendere
Moueo	es	per mouer
Habere	es	per hauer
Separo	as	
Segrego	as	per despertire
Haurio	is	per atrare

*Audio cum moueo, recipit, cum diuido, sumo,
Separat et segregat, diuello, intelligit, haurit,
Post quartum iungi uult prepositio sextum.*

Nota quod sunt quedam uerba passiuia que uolunt ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, ut ‘ego amor a Petro.’

Amor	ris	
Diligor	ris	per esser amado
Ferror	eris	per esser portad

Nota quod sunt quedam uerba passiuia que uolunt ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, et ultra ablatiuum accusatiuum, ut ‘ego doceor a te grammaticam.’

Doceor	eris	per esser amistrado
Moneor	eris	
Postulor	aris	per esser domandado
Calcior	aris	per esser calciato

Nota quod sunt quedam uerba passiuia que uolunt ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, et ultra ablatiuum genitiuum uel ablatiuum sine prepositione, ut ‘a me emitur equus decem ducatorum’ uel ‘decem ducatis.’

Emor	eris	per esser comrado
Vendor	eris	per esser uendudo
Damnor	aris	per esser damnato

Nota quod sunt quedam uerba passiuia que uolunt ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, et ultra ablatiuum datiuum, ut ‘panis datur a me tibi.’

Daris uel dare	datur	per esser dato
Declaror	aris	per esser declarado
Comparor	aris	per esser asomeiado
Recitor	aris	per esser recitado

Nota quod sunt quedam uerba passiuua que uolunt ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, et ultra ablatiuum alium ablatiuum sine prepositione, ut ‘spolior a te cappa.’

Spolior	aris	per esser spoiado
Impleor	eris	per esser impido
Oneror	aris	per esser incargado
Vacuor	aris	per esser uudado

Nota quod sunt quedam uerba passiuua que uolunt ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, et ultra ablatiuum alium ablatiuum *a* uel *ab* mediante, ut ‘lectio auditur a me a magistro.’

Audior	iris	per esser olduto
Intelligor	eris	per esser inteso
Habeor	eris	per esser habudo

Nota quod uerbum neutrum est illud quod desinit in *-o* et non format passiuum in *-or*.

Nota quod uerbum neutrum similitium copulatiuum est illud quod uult talem casum post qualem uult ante, ut ‘ego sum bonus.’

Nota quod uerbum neutrum possessiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone patientis et post se genitiuum uel ablatiuum persone agentis, ut ‘ego egeo denariorum’ uel ‘denariis’ et sunt ista:

Egeo	es	
Indigeo	es	per bisognare
Careo	es	
Vaco	as	per mancare
Affluo	is	
Fecundo	as	
Abundo	as	per abundare
Exubero	as	

His neutris sextos genitiuos iungito solos:

Indigeo, careo, fecundo, exubero, consto,

Affluit atque egeo, uaco secum iungis abundo.

Nota quod uerbum neutrum acquisitiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone agentis et post se datiuum persone patientis, ut ‘ego seruius tibi.’

Seruius	is	per seruire
Noceo	es	per nocere
Obsum	es	
Placeo	es	per piasere

Benefacio	is	per benfare
Malefacio	is	per malfare
Studeo	es	per studiare
Pareo	es	per obedire
Obuio	as	per incontrare

Seruio cum noceo, deseruio, presidet, obsum,

Obuio cum studeo, malefacit, obedio, paret,

Hec semper uerba tu acquisitiua notato.

Nota quod uerbum neutrum transitium est illud quod uult ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, ut ‘ego aro terram,’ et format passiuum in tertiis personis, ut ‘terra aratur a me.’

Aro	as	per arare
Ligonizo ⁹	as	per zapare
Edo	es	
Comedo	is	per manzare
Poto	as	per beuere assai
Bibo	is	per beuere cumunamente
Potisso ¹⁰	as	per beuere poco
Semino	as	per semenare
Pinso	is	per inpastare

Potat, arat, comedit, ligonizo, semino, pinso,

Transitiua uoco quis quartum iungito casum.

Pluit	bat	per piouere
Grandinat	bat	per grandinare
Ningit	bat	per fiocare
Tonat	bat	per tonare
Diescit	bat	per farse di
Notescit	bat	per farse note

Grandinat atque pluit tonat et ningitque diescit

Ante *Deus* aderit post transitiua uocantur.

Nota quod uerbum neutrum effectiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum sine prepositione persone agentis, ut ‘ego gaudeo bonis nouis.’

Gaudeo	es	per alegrare
Iubilo	as	
Doleo	es	per dolere
Madeo	es	per bagniare

Lateo	es	per ascondere
Mereo	es	per ingramirse

*Gaudet et exultat, iubilat cum pingueo, macret,
Ardeo cum doleo, uireo, madeo quoque fido,
Effectiua scies hec semper uerba uocari.*

Nota quod uerbum neutrum absolutum est illud quod uult ante se nominatiuum persone agentis et post se non regit casum sine prepositione posita uel subintellecta, ut 'ego uado ad scolas.'

Vado	is	per andare
Eo	is	
Vio	as	per caminare
Sto	as	
Maneo	es	per stare
Maneo	es	

Qui manet expectat, qui manet ille moratur.

Quadrupedo ¹¹	as	per ambiare
Equito ¹²	as	per caualcare
Venio	is	per uenire
Cresco	is	per crescer
Dormio	is	per dormire

*Tendit et intendit, pergo, uenit, ambulo, uado,
Sto, maneo, residet, redeo cum tussio, uiuo,
Quadrupedo, remeo, succussat et oscito, cresco,
Iungis his uigilo cum dormio uerba soluta.*

Nota quod uerbum neutrum passiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum a uel ab mediante persone agentis, ut 'ego uapulo a magistro.'

Vapulo	as	per esser batudo
Exulo	as	per esser bandezado
Liceo	es	per esser apresiado
Veneo	es	per esser uendudo
Nubeo	es	per esser maridado
Fio	is	per esser factio

*Vapulo cum fio, licet, exulo, ueneo, nubo,
Neutra simul passiuua notes de iure uocanda.*

Nota quod sunt quedam uerba neutro passiuua que in preteritis perfectis et plusquamperfectis seruant uocem passiuorum, in ceteris uero neutrorum.

Gaudeo	es	sus sum uel fui
Fio	is	ctus sum uel fui
Soleo	es	tus sum uel fui
Audeo	es	sus sum uel fui
Fido	is	sus sum uel fui

Quinque puer numero neutro passiuia tibi do:

Gaudeo cum fio, soleo simul audeo, fido.

Nota quod uerbum deponens possessiuum est illud quod desinit in *-or* et non formatur a uerbo desinente in *-o*, et uult ante se nominatiuum persone agentis et post se genitiuum uel ablatiuum sine prepositione persone patientis, ut ‘ego uitor panis’ uel ‘pane.’

Vtor	ris	
Fungor	ris	
Fruor	ris	per usare
Potior	ris	
Abutor	ris	per malusare
Reminiscor	ris	per recordare
Obliuiscor	ris	per desmentegare
Misereor	ris	per misericordiar

Vtor cum fruor, fungor, uescor, potiorque,

Atque reminiscor, obliuiscor iunge recordor:

Hec querunt casum genitiuum et iungere sextum.

Deinde *miseretur* genitiuum et iunge datiuum.

Nota quod uerbum deponens acquisitiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone agentis et post se datiuum persone patientis, ut ‘ego auxiliior tibi.’

Auxilior	ris	per artoriar
Famulor	ris	
Ancillor	ris	per seruire
Blandior	ris	
Adulor	ris	per alosengare
Moderor	ris	per atemperare
Aduersor	ris	per contrariare
Dominor	ris	per signiorezare
Medeor	ris	per medegare
Insidior	ris	per aguaitare
Amicor	ris	per amicare
Inimicor	ris	per inimicare

*Auxilior, famulor, ancillor, blandior atque
Iungis adulatur, moderorque, iniurior inde
Insidior, medeor, inimicor cum dominatur,
Aduersor, medicor, post hec tu iunge datium.*

Nota quod uerbum deponens transitium est illud quod uult ante se nominatum persone agentis et post se accusatum persone patientis, ut ‘ego sequor Petrum.’

Sequor	ris	per seguire
Persequor	ris	per sequitare
Imitor	ris	
Predor	ris	per robare
Meditor	ris	per pensare
Consolor	ris	per consolare
Lucror	ris	per guadegnare
Agredior	ris	per assaltare

*Persequor atque sequor, meditor, consolor, opinor
Auguror et predor, lucror, reor, aggrediorque,
Sortior et solor, adipiscitur addito quartum.*

Nota quod uerbum deponens effectium est illud quod uult ante se nominatum persone patientis et post se ablatium sine prepositione uel accusatum mediante *propter* persone agentis, ut ‘ego letor bonis nouis’ uel ‘propter bona noua.’

Letor	ris	per alegrarse
Glorior	ris	
Delector	ris	per deletarse
Tristor	ris	per atristarse
Verecundor	ris	per uergognarse
Algoror	ris	per afredarse
Bachor	ris	per inebriarse de uin
Crapulor	ris	per inebriarse de altro
Contentor	ris	per contentarse

*Gratulor et letor, delector et algoror adde
Glorior, expergiscor, contentor quoque tristor,
Atque uerecundor, oblector, bachor habebunt;
Hec solos sextos uel quartos applico propter.*

Nota quod uerbum deponens passium est illud quod uult ante se nominatum persone patientis et post se ablatium *a* uel *ab* mediante persone agentis, ut ‘ego orior a bono patre.’

Orior	ris	
-------	-----	--

Nascor	ris	per nascere
Renascor	ris	per renascere
Patior	ris	per sofrire

Nascitur atque oritur, patior coniunge renascor;

Hec ablatiuis simul *a* coniungimus *abque*.

Nota quod uerbum deponens absolutum est illud quod uult ante se nominatiuum persone agentis et post se non regit casum sine auxilio prepositionis posite uel subintellecte, ut ‘ego gradior ad scholas.’

Gradior	ris	
Profisciscor	ris	per andare
Reuertor	ris	per retornare
Irascor	ris	per irarse
Latinor	ris	per latinare
Feneror	ris	per far usura
Nugor	ris	per zanzare
Queror	ris	per lementare
Conuersor	ris	per conuersare
Obuersor	ris	per usare in luogi
Rixor	ris	per far question
Conor	ris	per sforsar
Nitor	ris	

Labitur et gradior, proficiscitur atque reuertor,

Versificor, nugor, queritur coniunge latinor,

Prelior, irascor, rixor, ratiocinor adde

Molior et nitor, conuersor cum fenerorque;

Hec casum non solum deponentia poscunt.

Nota quod uerbum commune est illud quod desinit in *-or* et non formatur a uerbo desinente in *-o* et habet duplicem constructionem, scilicet actiuam et passiuam. Quando habet actiuam, uult ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, ut ‘ego largior equum.’ Quando habet passiuam, uult ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, ut ‘a me largitur equus.’

Largior	ris	per dona e per esser dona
Experior	ris	per proua e per esser proua
Veneror	ris	per honora e per esser honora
Moror	ris	per aspeta e per esser aspeta
Osculor	ris	per baza e per esser baxa

Criminor	ris	per incolpa e per esser incolpa
Amplector	ris	per abraza e per esser abraza
Hospitor	ris	per alberga e per esser alberga
Hortor	ris	per conforta e per esser conforta
Interpretor	ris	per interpreta e per esser interpreta

*Largior, experior, ueneror, moror, osculor, hortor,
Criminor, amplector tibi sint communia, lector;
Si bene connumerer, interpretor, hospitor addes.*¹³

Interrogatiua aduerbia localia sunt sex: *ubi, quo, unde, qua, quorsum, et quousque*. *Vbi* significat ‘in loco,’ *quo* ‘ad locum,’ *unde* ‘de loco,’ *qua* ‘per locum,’ *quorsum* ‘uersus locum,’ *quousque* ‘usque ad locum’ uel ‘usque ad tempus.’

Aduerbia significantia ‘in loco’ sunt ista: *hic, illic, istic, intus, foris, ibi, ibidem, ibique, alias*, et omnia composita ab *ubi* et *ibi*, ut *alibi, alicubi, necubi, ubique, ubiuis, ubicunque, usquam, et nusquam*.

Hec aduerbia significant ‘ad locum’: *huc, illuc, istuc, intro, foras, alio, aliquo* et alia composita a *quo*, ut *siquo, nequo, quocunque, quouis, illo, eo, et eodem*.

Hec aduerbia significant ‘de loco’: *hinc, illinc, istinc, intus, foris, inde, aliunde* et cetera composita ab *unde*, ut *sicunde, necunde, alicunde, undecunque, undelibet, et undeuis*.

Hec aduerbia significant ‘per locum’: *hac, illac, istac, alia, aliqua* et cetera composita a *qua*, ut *siqua, nequa, illa, ea, et eadem*.

Hec aduerbia significant ‘uersus locum’: *horsum, illorsum, istorsum, introrsum, sursum, deorsum, dextrorsum, aliquorsum* et cetera composita a *quorsum*, ut *siquorsum, nequorsum*.

Hec aduerbia significant ‘usque ad tempus’ uel ‘usque ad tempus’: *hactenus, hucusque, et quonamisque*.

Nomina propria locorum prime uel secunde declinationis in genitiuo significant ‘in loco,’ in accusatiuo ‘ad locum,’ in ablatiui ‘de loco’ uel ‘per locum’ sine prepositione, in accusatiuo ‘usque ad locum’ cum prepositione sola *usque*, in accusatiuo ‘uersus locum’ cum *uersus*, ut ‘usque Veronam pergo,’ et ‘uersus Veronam uado.’

Nomina propria locorum tertie declinationis et similiter tantum pluraliter declinata in ablatiui significant ‘in loco,’ ‘de loco,’ et ‘per locum’ sine prepositione; in accusatiuo ‘ad locum’ sine prepositione, ut ‘naues eunt Venetias’; in accusatiuo ‘uersus locum’ cum *uersus*, et ‘usque ad locum’ cum *usque*, ut ‘usque Venetias nauigo.’

Nomina prouinciarum in ablatiui significant ‘in loco’ cum prepositione *in*; in ablatiui ‘de loco’ cum *de*; in accusatiuo ‘ad locum’ cum *in*; in accusatiuo ‘per locum’ cum *per*; in accusatiuo

‘uersus locum’ cum *uersus*; in accusatiuo ‘usque ad locum’ cum *usque* et *in*, ut ‘usque in Cyprum nauigo.’

Nomina appellatiua, similiter nomina fluuiorum et ecclesiarum, in ablatiuo significant ‘in loco’ cum *in*, ut ‘uersor in foro’; in accusatiuo ‘ad locum’ cum *ad* uel *in*, ut ‘ad urbem’ uel ‘in urbem equito’; in ablatiuo ‘de loco’ cum *de* uel *ab* uel *ex*, ut ‘de agro’ uel ‘ex agro’ uel ‘ab agro redeo’; in accusatiuo significant ‘per locum’ cum *per*, ut ‘per uiam cursito’; in accusatiuo ‘uersus locum’ cum *uersus*, ut ‘uersus pretorium uado’; in accusatiuo ‘ad locum’ cum *usque* et *ad* uel *in*, ut ‘usque ad templum’ uel ‘usque in templum ambulo.’

Ista quatuor nomina *domus*, *humus*, *rus*, et *militia*, quamuis appellatiua sint, tanquam propria ponuntur, ut ‘domi tue sum,’ et ‘rus ibo.’

Supinum in accusatiuo significat ‘ad locum’ sine prepositione; in ablatiuo ‘de loco’ sine prepositione, ut ‘aratum uado,’ et ‘uenio cantatu.’

Gerundium significat ‘ad locum’ cum prepositione *ad*, ut ‘ad dimicandum curro,’ et ‘de loco’ cum *a* uel *ab*, ut ‘a studendo redeo.’

Participium est pars orationis declinabilis que pro uerbo ponitur, genus et casum habens ad similitudinem nominis. A uerbo autem tempora recipit et significationem.

Participium in *-ans* uel in *-ens* presentis et preteriti imperfecti temporis est, ut *amans* et *legens*; in *-tus* uel in *-sus* uel in *-xus* uel in *-uus* preteriti perfecti et plusquamperfecti temporis est, ut *amatus* et *uisus*; in *-dus* uel in *-rus* futuri temporis est, ut *amaturus* et *amandus*.

Participium in *-ans* uel in *-ens* formatur a prima persona preteriti imperfecti, ut *amabam*, *-bam* in *-ns* fit *amans*; preter *eo*, *ibam*, quod facit *iens*, et *queo*, *quibam*, quod facit *quiens*. In *rus* formatur ab extremo supino addita *-rus*, ut *amaturus*. In *-tus* uel in *-sus* uel in *-xus* formatur ab ultimo supino addita *-s*, ut *lectus*. *Morior* tamen facit *mortuus*, cum deberet facere *moritus*, quia supinat *moritum*. In *-dus* formatur a genitiuo sui presentis participii mutato *-tis* in *-dus*, ut *amans*, *amantis*, *-tis* in *-dus* fit *amandus*.

A uerbo actiuo duo ueniunt participia, unum presentis in *-ans* uel in *-ens*, ut *laudans* et *canens*; aliud futuri in *-rus*, ut *laudaturus* et *cantaturus*; preter infra scripta, que solum participium presentis habent, cum careant supinis et ut plurimum actiua sunt:

Ambigo, *compesco*, *disco*, *posco*, *tremo*, *glisco*,
Lambo uel *lingo*, *metuo*, *timet*, *urgeo*, *caluo*,¹⁴
Linquo uel *sugo*, *remuo*, *fugit*, ac *luo* iunge.
Respuo cum *cerno* propriis caruere supinis,
Ango cum *satago*.

A uerbo passiuo duo ueniunt participia, unum preteriti temporis in *-tus*, uel in *-xus*, aliud futuri in *-dus*, ut *scriptus* et *scribendus*; preter supra dicta, que habent solum participium futuri

temporis in *-dus*, ut *discor, discendus; poscor, poscendus*, quia carent supinis. Inueniuntur tamen quedam participia quorum uerba in usu non sunt, ut *decursus, regnatus, laboratus*. Verba quoque neutra transitiva, cum etiam passiva habeant in tertia persona, in *-tus* et in *-dus* participia habebunt.

A uerbo neutro duo ueniunt participia, unum in *-ans* uel in *ens* presentis temporis, ut *uapulans*, aliud futuri in *-rus*, ut *uapulaturus*; preter omnia uerba inchoatiua et meditatiua, que ut plurimum carent supinis, ut *lecturio* et *horresco*, et preter *uolo* et uerba secunde coniugationis, que si faciunt preteritum in *-ui* diuisas syllabas raro habent supinum, ut *caleo, calui*, preter ista contenta in uersu sequenti:

*Ar pla ta no pa la me sunt et o li ua ca do.*¹⁵

Aliqua etiam sunt neutra que tria habent participia, ut *cenans, cenatus, et cenaturus*, unde uersus:

*Nubo, placet, pateo, suesco cum prandeo, iuro,
Et mereo, titubo, ceno.*

Similiter et neutropassiva habent tria participia, ut *fiens, factus, et facturus*:

Guadeo cum fio, soleo simul audeo, fido.

A uerbo communi descendunt quatuor participia. In actiua quidem significatione in *ans* uel in *-ens*, et in *-rus*, ut *criminans* et *criminaturus*. In passiva uero in *-tus* et in *-dus*, ut *criminatus* et *criminandus*. Participia uero preteriti in utraque significatione sunt.

A uerbo deponenti tria ueniunt participia, ut *sequens, secutus, et secuturus*, in quibus participium preteriti temporis tam actiuam quam passiuam habet significationem, preter que carent supinis.

Unum dat *uescor, medeor* simul et *reminiscor*,
Quinque dabunt *nitor, metior* geminante supino.

A uerbo deponenti descendit etiam participium in *-dus* de usu presertim si habent personam agentem in supposito, ut *sequendus*.

Participium quatuor modis transit in nomen; constructione, ut *doctus iuris*; comparatione, ut *doctior*; compositione, ut *inaratus*; temporis amissione, ut *uenerandus*, id est *dignus uenerari*.

Si detur thema per participium quod non inueniatur, fiat Latinum per relatiuum et uerbum, ut ‘Hermolao bandezante Polo scriue’ — ‘Hermolaus, a quo exsulat Paulus, scribit.’ Si uero ponatur in consequentia, fiat per *dum, donec, et postquam*, ut ‘uenute le galee, tu lezi’ — ‘postquam uenerunt triremes, tu legis,’ et ‘Guarino appreciante la uirtu, Francesco studia’ — ‘postquam a Guarino licet uirtus, Franciscus studet.’

Comparatiuum est illud quod cum positiui intellectu *magis* aduerbium significat, ut *albior* ‘magis albus,’ et *ulterior* ‘magis ultra quam ille qui est ultra.’

Comparatiua fiunt a nominibus adiectiuis, ut *albior*; a uerbis, ut *deterior*; a participiis, ut *amantior*; a prepositionibus, ut *posterior*; ab aduerbiis, ut *prior*. Que ueniunt ab adiectiuis nominibus formantur a secunda aut a tertia declinatione. A secunda hoc modo descendunt a genitiuo addita *or*, ut *clarus, clari, clarior*, preter habentia uocalem ante uocalem, que de usu formantur per *magis*, ut *strenuus: magis strenuus*, et *pius: magis pius*; et *bonus, melior; malus, peior; magnus, maior; paruus, minor; multus, plus; munificus, munificentior; magnificus, magnificentior; sinister, sinisterior; dexter, dexterior* a genitiuo *dexteri*. Que ueniunt a tertia declinatione formantur a datiuo addita *or*, ut *fortis, fortior*, preter *iuuenis, iunior* per syncopam. Que ueniunt a prepositionibus desinunt in *erior*, ut *post, posterior; ultra, ulterior*, preter *prope, proprior*. Ab aduerbiis etiam fiunt comparatiua, ut *pridem, prior; penitus, penitior*.

Comparatiuum construitur cum ablatiuo uel nominatiuo cum *quam*, ut ‘Cesar est clarior Pompeio,’ uel ‘quam Pompeius’; preter relatiua et negatiua, que cum *quam* non ponuntur. Requirit etiam ablatiuum significantem excessum, ut ‘sum longior te uno digito’; et omnes casus quos habet positiuum, ut ‘habeo multum uini,’ ‘habeo plus olei, minus farine.’

A comparatiuis neutralibus fiunt diminutiua, ut *maius, maiusculus; grandius, grandiusculus*.

Abusio fit in comparatione quatuor modis: constructione, significatione, comparatione, et formatione; constructione, cum non habet ablatiuum uel nominatiuum cum *quam*, ut ‘sum maior sociorum’; significatione, cum tantum significat quantum positiuum, ut *senior* pro ‘senex,’ aut ‘minus’ significat, ut *tristior*, id est ‘parum tristis,’ aut contrarium, ut *dulcior*, id est ‘minus amarus’; comparatione, cum ad diuersas qualitates comparatur, ut ‘nix est albior coruo’; formatione, cum substantiua uel pronomina comparantur, ut *Neronior* et *ipsior*.

Piu e men, quando significat pondus uel mensuram, fit per *plures* et *pauciores*, ut ‘ego lego plures libros tribus.’

Ad bonam comparationem quatuor requiruntur: res comparata, res cui comparatur, qualitas, et quod qualitas communicet cum utroque, ut ‘Hector est fortior Troianis.’

Superlatiuum est illud quod ad plures sui generis comparatum superponitur omnibus, uel per se prolatum habet intellectum positiuum cum ‘ualde’ aduerbio, ut ‘fortissimus iuuenem,’ id est ‘fortis super iuuenes,’ et ‘fortissimus Cesar,’ id est ‘ualde fortis.’

Superlatiua formatur a nomine, uerbo, participio, prepositione, et aduerbio. Que ueniunt a nominibus secunde declinationis formantur a genitiuo addita *-s* et *-simus*, ut *maturus, maturissimus*. Dicitur etiam *maturrimus* a nomine *matur*. Excipiuntur *bonus, optimus; malus, pessimus; magnus, maximus; paruus, minimus; multus, plurimus; munificus, munificentissimus; magnificus, magnificentissimus*.

Nomina in *-r* tam secunde quam tertie declinationis format superlatiua a nominatiuo addita *rimus*, ut *niger, nigerrimus; acer, acerrimus; preter dexter, dextimus; sinister, sinistimus*.

Que ueniunt a tertia declinatione formantur a genitiuo addita *simus*, ut *fortis, fortissimus*, preter ea que in *-limus* terminant superlatiuum, que in hac dictione *fagus* continentur:

Dat tibi quinque *limus* que signat nomine *fagus*.

Scilicet *facilis, facillimus; agilis, agillimus; gracilis, gracillimus; humilis, humillimus; similis, simillimus*, et sua composita. *Vetus* facit *ueterrimus*. *Senex, iuuenis, diues* superlatiuis carent. A uerbo *detero* fit superlatiuum *deterrimus*. A prepositionibus in *ra* fiunt superlatiua in *imus*, ut *ultra, ultimus; citra, citimus; infra, infimus*. Sed tamen *supra, supremus* facit, *post, postremus; extra, extremus; prope, proximus*, quod pro cognato positum comparatur, ut *proximior*, absque superlatiuo. Ab aduerbiis quoque superlatiua formantur, ut *nuper, nuperrimus; sepe, sepissimus; pridem, primus*. Sciendum est quod *nouissimus* significationem sui positiui non habet, ut *nouus, nouissimus*, id est ‘extremus.’

Superlatiuum debet habere genitiuum pluralem uel singularem nominis collectiui, ut ‘Cesar est fortissimus Romonorum uel populi.’ Superlatiuum cum precedenti substantiuo uel sequenti concordat, ut ‘lilium est albissimum uel ‘albissimus florum.’

Figura est uitium cum ratione factum.¹⁶ Est autem figura duplex, scilicet locutionis et constructionis. Figure constructionis sunt octo, scilicet prolepsis, syllepsis siue conceptio, zeugma, synthesis, antiptosis, euocatio, appositio, synecdoche.¹⁷

Prolepsis est attributio proprietatis cuidam toti in suas partes diuiso, ut ‘aquile uolant, una sursum, altera deorsum.’ In prolepsi requiruntur quinque: totum, partes eius, determinationes partium, proprietas, ordo. Duplex est prolepsis: explicita et implicita. Explicita est in qua sunt quinque requisita, ut ‘cerui currunt, unus tarde, unus uelociter.’ Implicita est in qua tacentur aliqua, ut ‘homines inuident alter alteri.’

Syllepsis est diuersarum dictionum sub plurali proprietate conceptio, ut ‘rex et regina albi.’ In syllepsi requiruntur quinque: dictio concipiens, dictio concepta, copula, proprietas uerbi aut adiectiui pluralis numeri, proprietas concordet cum dictione concipiente.

Quatuor modis fit syllepsis: in genere, numero, persona, et casu. In genere, masculinum concipit femininum et neutrum, femininum neutrum. Aliquando autem neutrum concipit masculinum et femininum ratione maioris significati, ut ‘gladius, lorica, et arma dura.’ In numero, pluralis concipit singularem, ut ‘milites et tribunus currunt.’ In persona, prima concipit secundam et tertiam, ut ‘ego et tu et Paulus legimus’; secunda uero concipit tertiam, ut ‘tu et Paulus legitis.’ In casu, nominatiuus concipit ablatiuum casum cum hac prepositione ‘cum,’ ut ‘equus cum asino currunt.’

Est autem duplex syllepsis: directa et indirecta. Directa est que fit per similes casus, ut ‘ego et tu legimus,’ indirecta que fit per dissimiles, ut ‘Andreas mecum currimus.’

Zeugma est unius proprietatis ad diuersas dictiones facta redditio ita quod cum uno concordet, ut ‘ego et tu scribo.’ In zeugmate requiruntur quinque: aliqua diuersa substantiua, copula, proprietas, redditio proprietatis uni per prius alteri per posterius, et quod proprietas concordet cum illo cui attribuitur per prius. In tribus accidentibus fit zeugma: in persona, numero, genere. Triplex est zeugma: a superiori, cum proprietas preponitur, ut ‘lego ego et tu’; a medio, cum proprietas interponitur, ut ‘ego lego et tu’; ab inferiori, cum proprietas postponitur, ut ‘ego et tu lego.’

Synthesis est attributio proprietatis uni uel pluribus copulatis non gratia uocis sed significati, ut ‘pars in frusta secant,’¹⁸ uel ‘Scipio et Lelius admirantes.’ Tria requiruntur in synthesisi: unum subiectum uel plura copulata, proprietas, attributio proprietatis concordans in significato et discordans in uoce, ut ‘anser feta.’ Fit autem synthesis in genere et in numero, ut ‘Scipio et Lelius currunt.’

Antiptosis est attributio casus pro casu ad aliquam proprietatem, ut ‘de aqua non est in puteo. Tria requiruntur in antiptosi; unum subiectum, una proprietas, et casus pro casu, ut ‘urbem quam statuo uestra est,’ pro ‘urbs.’¹⁹

Euocatio est attributio proprietatis cuidam rei demonstrate per demonstrans, ut ‘ego Virgilius cano.’ In euocatione requiruntur quatuor: dictio euocans prime uel secunde persone, dictio euocata tertie, absentia copule, proprietas prime uel secunde persone.

Appositio est immediata coniunctio substantiuorum, ut ‘miratur molem Eneas, magalia quondam.’²⁰ In appositione requiruntur tria: dictio apponens, idest determinans, dictio apposita, idest determinata, proprietas, ut ‘animal homo currit.’ Fit appositio tribus modis: primo, gratia generalitatis restringende, ut ‘animal asinus currit’; secundo, gratia equiuocationis tollende, ut ‘canis stella lucet’; tertio, causa proprietatis attribuende, ut ‘Cesar, uir fortis.’ Et semper dictio apponens et apposita debent esse eiusdem casus.

Synecdoche est cum proprietas partis attribuitur toti, ut ‘Ethiops albus dentes.’ Tria requiruntur in synecdoche: totum, pars que sit accusatiui casus, et proprietas, ut ‘mulier trunca manum.’

Patronymicum²¹ nomen est illud quod a propriis nominibus patrum uel auorum deriuatur in *des* et significat filios uel nepotes cum genitiuo primitiui, ut *Eacides*, id est ‘filius’ uel ‘nepos Eaci.’ Abusiue quoque deriuatur a nominibus matrum, ut *Iliades*, id est ‘filius Ilie’; similiter a regibus, ut *Romulides*, id est ‘Romanus’ a Romulo; a fratribus, ut *Phethontides*, id est ‘sorores Phethontis.’

Duplex est patronymicum: masculinum et femininum. Masculinum sic formatur: si uenit a prima declinatione formatur a genitiuo, ultima litera in *a* conuersa et addita *des*, ut *Anchises*, *Anchise*, *Anchisades*. Si uenit a secunda declinatione, aut genitiuus est in *i* solum, uel in *ii*, uel in *ei*. Si in *i* solum, additur *des*, ut *Timarchus*, *Timarchi*, *Timarchides*; si in *ii*, ultima *i* uertitur in *a* et additur *des*, ut *Menoetius*, *Menoetii*, *Menoetiades*; si in *ei*, uertitur *ei* in *i* longam et additur *des*, ut *Peleus*, *Pelei*, *Pelides*. Si a tertia declinatione, formatur a datiuo, ut *Hector*, *Hectori*, *Hectorides*.

Fit autem abusio in patronymicis additione, ut *Atlas*, *Atlantiades* pro *Atlantides*; et diminutione, ut *Scipio*, *Scipiades* pro *Scipionides*.

Patronymica feminina formantur a masculinis, remota *de*, ut *Priamis*, *Eneades*, *Eneas*. Virgilius tamen auctoritate usus *Eneis* dixit in scriptione libri. Patronymica feminina ab *eus* nomina in *-eis* uel in *-is* persepe faciunt, ut *Peleus*, *Peleis* et *Pelis*, *Pelidis* uel *Pelidos*. Patronymica masculina sunt declinationis prime, feminina tertie.

Inchoatiua uerba sunt que significant inceptionem cum primitiuo, ut *ardesco*, id est ‘incipio ardere,’ et *horresco*, id est ‘incipio horrere.’ Formantur a uerbis cuiuscunque coniugationis a secunda persona presentis indicatiui addita *-co*, ut *amo*, *amas*, *amasco*; *ferueo*, *ferues*, *feruesco*; *gemo*, *gemis*, *gemisco*; preter *hio*, *hias*, quod facit *hisco*. Omnia quoque inchoatiua tertie coniugationis sunt, et ut plurimum carent preteritis atque supinis; sunt etiam neutra, et passiuia carent.

Meditatiua sunt que meditationem significant cum primitiuo, ut *amaturio*, id est ‘meditor amare.’ Formantur ab extremo supino addita *-rio*, ut *lectu*, *lecturio*. Omnia meditatiua sunt quarte coniugationis, ut plurimum carent preteritis et supinis. *Esurio* tamen *esuriui* et *esuriturus* habet. Neutra quoque meditatiua sunt et ex se passiuia non formant.

Frequentatiua sunt que uerbi frequentiam significant, ut *legito*, id est ‘frequenter lego.’ Formantur ab extremis supinis mutata *-u* in *o*, ut *domitu*, *domito*. Si sunt prime coniugationis, mutant *a* in *i* correptam, ut *imperatu*, *imperito*. Si autem preteritum in *gi* terminetur, formatur a secunda persona presentis indicatiui remota *s* et addita *to*, ut *lego*, *legis*, *legito*. *Quero* tamen *querito*, non *quesito*, facit. *Nosco* quoque *noscito* facit et *noto* penultima correpta. *Egreo* *egroto* facit, et *sequor* *sector* per syncopam.

Sunt etiam desideratiua que desinunt in *-so*, ut *uiso*, id est ‘cupio uidere.’ Hec certam formam non habent, nec ab omnibus uerbis sunt in usu.

Diminutiua inueniuntur in *-lo*, ut *sorbillo*, id est ‘parum sorbeo,’ et *scribillo*, id est ‘parum scribo.’

Relatiuum est quod rem ante latam refert iterum. Est autem duplex relatiuum: substantie et accidentis. Relatiuum substantie est illud quod antecedens substantiuum refert, ut *qui, ille, is, ipse, sui*. Relatiuum accidentis est illud quod antecedens adiectiuum refert, ut *qualis, quantus, quot, quotus, cuius*, et multa alia que a *quot* et *quotus* possunt componi, ut *quotuplex, quotifarius, quotuplus*, et similia.

Qualis est relatiuum significans qualitatem, cui respondent nomina bonitatem, malitiam, uel colorem significantia, ut *iustus, prauus, candidus*, ut ‘sum iustus, qualis tu es.’

Quantus est relatiuum significans quantitatem, cui respondent nomina magnitudinem uel paruitatem significantia, ut *magnus, grossus, breuis, paruus*, ut ‘formica est parua, quantus est pulex.’

Quot est relatiuum significans numerum, cui respondent nomina numeralia, ut *duo, tres, quatuor, decem*, ut ‘uideo quinque homines, quot tu uides.’

Quotus est relatiuum significans ordinem, cui respondent nomina ordinalia, ut *primus, secundus, tertius, quartus*, ut ‘tu es primus, quotus ego.’

Quotennis est relatiuum significans annos, cui respondent nomina ab anno composita, ut *uniennis, biennis, triennis* et similia.

Cuius est relatiuum possessiuum, cui respondent nomina uel pronomina possessiua, ut *meus, tuus, regius*, ut ‘ensis est tuus, cuius est galea.’

Cuias est relatiuum gentile uel patrium, cui respondent nomina gentis uel patrie, ut *Veronensis, Venetus*, et similia, ut ‘Antonius est Venetus, cuias est Andreas.’

Quotuplus est relatiuum ponderale, cui respondent nomina ponderalia, ut *simplicus, duplus, triplus* et similia, ut ‘ager reddit triticum centuplum, quotuplum uolo.’

Quotuplex a *plica* compositum est, cui respondent hec nomina: *simplicus, duplex, triplex* et similia, ut ‘mea chlamys est duplex, quotuplex est tua.’

Quotenus est relatiuum diuisum, cui respondent hec nomina: *singulus, binus, ternus, quaternus*, ut ‘boues eunt bini, quoteni equi.’

Heteroclitum²² nomen est illud quod diuersis modis declinatur, ut *uas, uasis, et uasa, uasorum*. Fit autem quatuor modis: genere, declinatione, numero, et casu:

Et genus et numerus et declinatio casus,

Nomen heteroclitum reddere sepe solet.

Hec nomina in singulari sunt masculini, in plurali neutri, ut *hic infernus, hec inferna*:

Sibilus et *coetus* cum *Tartara, Dindyma, Auernus*,

Supparus, infernus, et *Tenara, baltea iunge*,

Est *locus* atque *iocus*, sic *Menalus, Ismarus* adde,

Singula sunt maris, pluralia neutra uidebis;

Sepe *locos* tamen et *iocos* pluraliter audis.

Hec nomina in singulari sunt feminini, in plurali neutri, ut *hec carbasus*, *hec carbasa*:

Carbasa, *rhetorica* dic *atilis* atque *supellex*,
Pergamus et *Topica* simul *arbutus*, *intiba* iungo,
 Est *zizania*, *Bucolica* atque *Georgica*, *pascua*, *ceta*,
 Singula feminei dices, pluralia neutri.

Hec nomina singulariter neutra sunt, pluraliter masculina, ut *hoc celum*, *hi celi*:

Celum cum porro *filum*, *Argos*, *rastra*, *capistrum*,
 Et *frenum* mas est pluralis, singula neutra;
Frena tamen uidi, sic *fila* et *rastra* leguntur.

Hec nomina neutri generis sunt in singulari, feminini in plurali:

Est *epulum*, *cepe*, cum *balnea*, *uespere* neutra
 Singula declines, pluralia femina dices;
Balnea suntque *-nee*.

Sunt etiam quedam nomina defectiua que de usu carent nominatiuis et uocatiuis singularibus:

Ista *uicisque necis*, *dapis*, *precis*, et *dicionis*,
 Et *frugis*, *lateris*, *opis*, omnia sunt sine rectis.
Nex tamen inuenies cum *uiscere*, *uerberis* adde.

Quedam neutra sunt que carent genitiuis, datiuus, et ablatiuus pluralibus, ut *ora*, *tura*;
 inuenitur tamen *oribus*.

Os, *es*, *mel*, *mare*, *tus*, *ius*, *rus*, *uina*, *ordea* dices,
 Que tibi tres casus tantum pluralia seruant.

Sunt aliqua nomina masculina que tantum singulariter declinantur:

Fumus cum *fimius*, *sanguis* cum *puluere*, *limus*,
Er, *sal*, *pontus*, *sol*, *mundus*, *uiscus*, et *ether*
 Mascula sunt, quorum raro plurale uidebis.

Sunt aliqua nomina feminina que tantum singulariter declinantur:

Lux, *sitis* et *tabes*, *mors*, *uita*, *fames* quoque *labes*,
Gloria, *fama*, *salus*, *humus* et *pax* cum *lue*, *tellus*,
 Et *proles*, *soboles* raro pluralia cernes.
 Adde *senecta*, *senectus*, adde *iuuenta*, *iuuentus*;
Mortibus inuenies.

Quedam neutra sunt que tantum singulariter declinantur:

Manna, *solum*, *letum*, *cenum*, *pus*, *fasque nefasque*,
Lacque salum, *uirus*, *uer*, *euum* adde *necesse*,

Secum *ador, senium, metalla* negantia fixa,
Et *uulgus, pelagus*, indeclinabile *uirus*.

Hec sunt nomina masculina que tantum pluraliter declinantur:

Primates, proceresque sales, canique penates,
Atque fori, manes, liberi, superique Quirites,
Et *lemures, fasces* sic *inferi* singula nunquam.

Quedam feminina sunt que tantum pluraliter declinantur:

Indutie, latebre, therme, Idus atque *Kalende,*
Manubie, None, ferie cum *nundine, nuge,*
Excubieque facetie, opes, scaleque mineque,
Exuuie, phalere, illecebre, primitie iunges,
Infitie, insidie, inferie, exsequieque notabis.
Reliquie, Esquilie, blanditie, quisquiliue,
Diuitie cum *nuptiis* ac *delicie,*
Inuenies *latebram ferianque,*
Singula declines nunquam, pluralia semper.

Quedam nomina neutra sunt que tantum pluraliter declinantur

Moenia cum *pondo, precordia, milia, iusta,*
Ilia cum *castris, magalia, seria, Tempe,*
Et cum *carchesiis, mapalia* iungimus *arma,*
Festaque diuorum, sponsalia singula raro.

Notandum est quod hoc nomen *uas* in singulari est declinationis tertie, in plurali secunde:

Vas, uasis terne, *uasorum, uasa* secunde.

Hoc nomen *uis* habet in singulari tres casus, in plurali uero omnes:

Vis, ui, uimque dabit, totum plurale tenebit;
Visque tamen genitiuus habet.

Hec duo nomina in ablatiuo solo inueniuntur de usu: *sponte* et *celte*; *tabi* uero in genitiuo, et *tabo* in ablatiuo. Nomina interrogatiua, ut *quis*; distributiua, ut *omnis*; relatiua, ut *qui*; negatiua, ut *nullus*; infinita, ut *quisquam*, carent uocatiuis:

Que querunt, que distribuunt referuntque negantque,
Infinita quoque casu caruere uocante.

Nomina fructuum arborum sunt generis neutri, ut *hoc pirum*, et *hoc pomum*, preter infra scripta que sunt feminini generis:

Arboreum fructum dicemus neutra notare;
Femina *castanea, nux, glans* et *ficus, oliua,*
Auellana simul cum *bacca* iungimus *uua*.

Addis et amygdala.

Inter *quis* et *uter* hoc interest, quod *quis* de duobus et de pluribus dicitur, *uter* autem de duobus.

Ad *quis* respondetur per nomina de pluribus dicta; *omnis, quilibet, quiuis, quicumque, nemo, nullus, aliquis, unus, quidam, quisquam, quispiam.*

Ad *uter* respondetur per nomina de duobus dicta, ut *uterque, uteruis, neuter, alter, alteruter*. Predicta nomina cum genitio iunguntur aut ablatio mediante *de e* uel *ex*, ut ‘ex uobis’ uel ‘uestrum uterque est sapiens.’

Sunt etiam aduerbia que dicuntur de duobus et pluribus, ut *ubique, ubiuis, ubicunque, alicubi, uspiam, usquam*. De duobus dicta sunt *utrobique, neutrobique, et alterubi*.

Qui componitur cum *cunque*, ut *quicumque*, et ponitur in eo casu in quo relatiuum, ut ‘ego amo quicumque laborat.’

Quisquis habet *quicquid, quicquid* tantummodo *quoquo*.

Quis differt a *qui*, quoniam *qui* dicitur relatiue, interrogatiue, et infinite, *quis* autem infinite et interrogatiue. *Quis* habet aliquas compositiones quas non habet *qui* et e conuerso.

Cum *quis, nam, que, piam* sine *qui* coniunge putas *quam*,

Dam, uis, cunque, libet, qui sine *quis* retinet.

Quot requiruntur in *soluo, soluis*? Quatuor: in prima parte quelli chi paga in nominatiuo, i daner in accusatiuo, quelli chi fi paga in datiuo, la cosa che fi pagada in ablatiuo cum *pro*, ut ‘ego soluo denarios alicui pro meis debitis.’

Quot requiruntur in *nubo, nubis*? Tria: in prima parte quelli chi marida in ablatiuo *a* uel *ab* mediante, el sposo in datiuo, la sposa in nominatiuo, ut ‘a me nupsit Petro aliqua.’

Quot requiruntur in *lateo, lates*? Tria: in prima parte quelli chi asconde in ablatiuo uel in accusatiuo mediante *propter*, la cosa chi fi ascosa in nominatiuo, quelli a chi fi ascosa in accusatiuo, ut ‘me’ uel ‘propter me latet liber Petrum.’

ALTERNATIVE INTRODUCTORY PASSAGE

In some manuscripts and printed editions, the work begins with an interpolated preamble which defines basic terms. Part of the first sentence echoes a sentence from Cassiodorus.²³ The definitions of *vox*, *litera*, *dictio*, and *oratio* are Priscianic. I base the following transcription on Oxford, Bodleian Library, MS. D'Orville, 182, f. 26^v; Florence, Biblioteca Laurenziana, Ashburnham 244; Naples, Biblioteca Oratoriana dei Girolamini, mbr. 49 = M. C. F. 1-19; and Proctor 4257 (Venice, 17 August 1474):

Grammatica est scientia recte loquendi recteque scribendi, origo et fundamentum omnium liberalium artium. Artes autem liberales sunt septem, scilicet grammatica, dialectica, rhetorica, arithmetica, geometria, musica, et astrologia. Partes grammaticae sunt quatuor, scilicet litera, syllaba, dictio, et oratio; litera ut *d*, syllaba ut *de*, dictio ut *deus*, oratio ut 'deus amat iustitiam.'

Litera est minima pars uocis composite, uel litera est uox indiuidua que scribi potest. Dicitur autem litera quasi legitera, eo quod legenti iter prebeat, uel a lituris (ut quibusdam placet), quod plerunque in ceratis tabulis antiqui scribere solebant. Syllaba est comprehensio literarum sub uno accentu et uno spiritu indistanter prolata. Dictio est minima pars orationis quantum ad sensum. Oratio est ordinatio dictionum congruam perfectaque sententiam demonstrans.

Literarum quedam sunt uocales, quedam consonantes. . . Consonantes enim sunt cum eas sequatur uocalis in eadem syllaba, ut *Iuppiter* et *Venus*. Sciendum est quod *x* et *z* duplices consonantes sunt. Illa enim pro *c* et *s*, *z* uero pro duplici *ss* ponitur. Scito etiam *l* et *r* liquidas uocari. Omisso in presenti de syllaba, de reliquis dicatur.

INTERPOLATED DEFINITIONS OF NOUN AND VERB

In some manuscripts and printed editions, definitions of the noun and verb are found. They may be assumed to have been interpolated. The following formulation is taken from an edition which appeared in Florence in 1496 (Goff G-538):²⁴

Nomen est pars orationis declinabilis que significat substantiam et qualitatem propriam uel communem cum casu. Nomini quot accidunt? Quinque: species, genus, numerus, figura, et casus.

Verbum est pars orationis declinabilis cum modis et temporibus est significatiua agendi uel patiendi. Accidentia uerbi sunt octo: genus, tempus, modus, species, figura, coniugatio, persona, et numerus.

Compare the following two definitions from the *Ianua*, i.e., the pseudo-Donatus:

“Poeta que pars est? Nomen est. Quare est nomen? Quia significat substantiam et qualitatem propriam uel communem cum casu.”

“Amo que pars est? Verbum est. Quare est uerbum? Quia cum modis et temporibus sine casu agendi uel patiendi est significatiuum.”²⁵

ALTERNATIVE VERSION OF THE SECTIONS ON ACTIVE AND PASSIVE VERBS

In many copies, both manuscript and printed, the active and passive verb classes are provided with the same descriptive epithets as the neuter and deponent verb classes (*possessivum, acquisitivum*, etc.). I assume that this was not a feature of the original redaction of the *Regule*.²⁶ In earlier versions the classes are referred to in the plural (“Nota quod sunt *quedam uerba actiua possessiua . . .*”), while in the later versions the formulaic statements are phrased in the singular on the analogy of the corresponding formulae for the neuter and deponent classes, and in those versions the active and passive classes are referred to in the singular (“Nota quod *uerbum actiuum possessiuum . . .*”).²⁷ In this way, we observe a progressive streamlining in the way the rules for the various verbal classes are formulated.

The following transcription is based on a edition printed in Venice dated 17 August 1475, No. 4257 in Proctor’s catalogue (ff. a8^r–b4^r). The copy that I have consulted is in the Bodleian Library, Oxford, shelf-mark Auct. O. infra I. 61.

Nota quod uerbum actiuum simplex est illud quod desinit in *o* et format ex se passiuum in *or*, et uult ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis ut ‘ego amo deum’ . . .

Nota quod uerbum actiuum possessiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, et ultra genitiuum uel ablatiuum denotantem pretium uel causam materialem, ut ‘ego emo librum decem ducatorum’ uel ‘decem ducatis’ . . .

Nota quod uerbum actiuum acquisitiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, et ultra datiuum ex natura acquisitionis, ut ‘ego do panem pauperi’ . . .

Nota quod uerbum actiuum transitiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, et ultra alium accusatiuum ex natura uehementis transitionis, ut ‘ego doceo te grammaticam’ . . .

Nota quod uerbum actiuum effectiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, et ultra ablatiuum sine prepositione ex natura cause efficientis, ut ‘ego spolio te ueste’ . . .

Nota quod uerbum actiuum separatiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone agentis et post se accusatiuum persone patientis, et ultra ablatiuum a uel ab mediante ex natura separationis, ut ‘ego audio lectionem a magistro’ . . .

Nota quod uerbum passiuum simplex est illud quod desinit in *or* et descendit ab actiuo per additionem *r*, ut *amo* addita *r* fit *amor*, et uult ante se nominatiuum persone patientis et post

se ablatiuum *a* uel *ab* mediante ex natura actus illati ab altero persone agentis, ut ‘ego amor a Petro’ . . .

Nota quod uerbum passiuum possessiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, et ultra genitiuum uel ablatiuum sine prepositione, ut ‘iste liber emitur a me duobus ducatis’ uel ‘duorum ducatorum’ . . .

Nota quod uerbum passiuum acquisitiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, et ultra datiuum, ut ‘panis datur a me tibi’ . . .

Nota quod uerbum passiuum transitiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, et ultra accusatiuum, ut ‘tu doceris a magistro grammaticam’ . . .

Nota quod uerbum passiuum effectiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, et ultra ablatiuum sine prepositione, ut ‘tu spoliaris a me capa’ . . .

Nota quod uerbum passiuum separatiuum est illud quod uult ante se nominatiuum persone patientis et post se ablatiuum *a* uel *ab* mediante persone agentis, et ultra alium ablatiuum *a* uel *ab* mediante, ut ‘lectio auditur a me a magistro’ . . .

VERSION SHOWING MODISTIC INFLUENCE

We assume that Guarino did not teach speculative grammar and that the original version of the *Regule grammaticales* was free of allusions to the modes of meaning. However, some copies of the *Regule grammaticales* show the influence of modistic grammar. One of these is Naples, Biblioteca Oratoriana dei Girolamini, Cod. mbr. 49 = M. C. F. 1-19, in which modistic definitions of the parts of speech have been interpolated. Thus, the noun is defined as follows (f. 1^v):

‘Nomen est pars orationis declinabilis significans per modum habitus et quietis et determinate apprehensionis.’

Here is an example of the *formulae* for the verbal subclasses:

‘Nota quod uerba actiua proprie dicta uel simplicia uolunt suppositum per nominatiuum persone agentis ex natura modi ‘ut ipsum est alterum’ et determinari per accusatiuum persone patientis ex natura actus transeuntis in alterum, ut ‘ego amo Mariam.’” (f. 4^v)

DE ORTHOGRAPHIA

The transcription of this short work is especially tentative in view of the obscurity of the rules, which makes emendation difficult. It is based on Oxford, Bodleian Library, MS. Lat. Misc. 123; Bodleian Library, MS. Canon. Misc. 102; Vatican City, Biblioteca Vaticana, Chigi L IV 98; Palat. Lat. 1760; Venice, Biblioteca Marciana, MS Lat. XIII,143 (=4042); and two printed editions: No. 8108 in Ludwig Hain's catalogue (Venice: Federico de' Conti, 5 January 1470), and No. 4536 in the *Indice generale degli incunaboli nelle biblioteche d'Italia*.

[De a abs ab]

A separans *m* uel *u*, *abs c q t*, cetera uult *ab*.
Amitto, auello, abscondo, abscutit abstineoque
Abluit, abduces, abrumpit, aberrat, abundo.

[De ab sub et ob]

'Cum fra g[r]a rum *pamus*,' in hec *ab, sub, et ob* uariamus.
 Non sic *asporto, non aufert aufugioque.* 5
Ast operit uel omitto iacit, tenet obfuit usque.
R non mutabunt ab et ob.

[De ad]

'Cor fra grans le nis pi ra sal tans' — *ad* sibi mutat.
D preit exaperit, stat in adsum, agnosco g seruat.
Consona bina fugant d: ascendo, aspergo, nec adsto. 10
Ni[si] sit l aut r, ut applicat, approbo scripta notatur.
Q per c mutat acquirō.

[De con et in]

L si componas aut *r* cum et in sibi mutat.
M uel *b* uel *p m* sibi uertere querunt.
N g permutant *ignoro, cognita* dicent. 15
Vocalis iacit n: cohibet, coit, atque coheret.
Excipies comedo, comites.

[De dis et di]

'*Ci fus ui pa si tis*' est *dis*, sed cetera uult *di*.
S mutabis in *f*, sed consona bina fugant *s*,
Diudico tamen inuenies, coniunge *disertus.* 20

[De e et ex]

'*Da uus iun ge bat li num ma ris*' — *e* sibi iungit,

Ex alias fugit *s, x* mutabitur in *f*, ut *effert*,

Editur, euellit, eiecerat, egerit, ebibit.

Eleuat, enabit, emergit, et eripit inde.

Excubat, exonerans, exponens, extrahit, exit,

25

Extruit, exsanguis, excscindit, et exspuit, expers.

DE DIPHTHONGIS

This is a transcription of the prefatory matter only. It is based on Proctor 4257 (Venice, 1475), Proctor 5664 (Venice, 1480), and Hain *8116 (Venice, 1490).

Non sine causa factum esse certe scio, Flore Valeri, quod diphthonganda uocabula scire te uelle intelligo, quando eam rem ad orthographiam, id est recte scribendi formulam, pertinere, et non paruum legendi adiumentum prestare posse cognoris. Qua quidem in re quid agam subdubito. Nam nisi tue morem uoluntati, qui de me optime meritus es, gesserō, ingratinis me reum esse confitear erit necesse. Quo crimine nullum grauius aut acerbius, uel apud Persas puniri, testis est Xenophon. Subinde cum negligentia et uitio librariorum omnem ferme diphthongorum consuetudinem abolitam aut deprauatam aspiciam, ita ut breuis sepe syllabas in uetustissimis quoque codicibus diphthongis notatas comperiam. Vnde ipsarum rationem aut usum aucuper uix satis scio, et eo magis quod que postulas dicto citius fieri festinantissime urges. Verum enim uero ne laborem potius fugisse me arguas, decreui quod una tumultuaria lucubratione potuero ad te de diphthongis colligere, que Latine lectionis memoria suppediarit, aut si quid paululum Grece ex doctissimo ac in primis humanissimo preceptore meo Manuele Chrysolora degustauit, et ut Ciceronis precepto facilius de quo disputatur possit intelligi, sermonem a definitione proficisci satius esse arbitror.

Diphthongus est duarum uocalium cum singule uocem suam seruent in eadem syllaba complexio, ut *e*. Nec *ius*, *uasque* diphthongum esse putandum erit, cum nec *i* nec *u* suum seruare sonum constet.

Differt autem a monophthongo diphthongus, quod hec duas habere uocalis, illa unicam duntaxat cernitur, ut *eo*, ubi tris monophthongos esse deprehendis. Dicta idcirco diphthongus est quod binis constare uocalibus uidetur. *Dis* enim Greci ‘bis,’ et *phthongum* ‘sonum’ appellant. Nostri quatuor fecere diphthongos: *au*, *eu*, *e*, *oe*.

Quidam *ei* diphthongum adiciunt. Verum Grecorum eam esse diphthongum manifestum est, qui cum plures habeant diphthongos ceteris omissis que nihil proposito conducunt, aliquas attingam ex quibus nostras deriuari liquet.

1. See my article “Textual Problems in the Latin Grammar of Guarino Veronese,” *Res Publica Litterarum*, 1 (1978), 241–254. This problem has been known to historians of grammar for some time:

Charles Thurot alluded to it in his *Extraits de divers manuscrits latins pour servir à l'histoire des doctrines grammaticales au moyen âge* (Paris: Imprimerie Impériale, 1869), pp. 2–3, 30–32.

2. This edition is No. 8108 in Ludwig Hain, *Repertorium bibliographicum* (Berlin: Josef Altmann, 1925), and No. 4528 in the *Indice generale degli incunaboli nelle biblioteche d'Italia*, edited by Teresa Maria Guarnaschelli *et al.*, vol. 3 (Rome: La Libreria dello Stato, 1954), p. 58. I have consulted the copy in the Biblioteca Marciana, Venice (shelf-mark Membranacei 64).

3. Giorgio Pasquali, *Storia della tradizione e critica del testo*, 2nd ed. (Florence: Felice Le Monnier, 1971), pp. 397–465. The first edition dates from 1952.

4. “A Working Edition of the *Carmina differentialia* by Guarino Veronese,” *Res Publica Litterarum*, 17 (1994), 153–177.

5. See Charles Fierville, *Une grammaire inédite du XIII^e siècle* (Paris: Imprimerie Nationale, 1886).

6. Here as elsewhere, the length and membership of these stacked lists of verbs vary widely from copy to copy. The examples that I give are here purely for purposes of exemplification. It seems reasonable to assume that originally the same verbs were listed as appear in the mnemonic verses that follow. If that is so, scribes certainly felt free to add items as they deemed fit. The glosses were in the copyist’s native dialect and hence tend to vary a great deal. I make no attempt to standardize. Hence, the glosses that I provide here cannot be assumed to be close to the original wording.

7. These mnemonic verses do not vary from copy to copy as much as the lists.

8. A version of the same verses appears in the *Flores grammaticae* of Ludolphus de Lucho (composed ca. 1300). See the undated incunabular edition printed in Basle by Jacob Wolf, f. p6r.

9. *Ligonizo* is a verbal derivative from *ligo* ‘mattock, hoe.’ The *Catholicon* defines the word as follows: “sarpere, ligone terram uertere.”

10. The *Catholicon* defines *potisso* thus: ‘frequenter et parum bibere.’

11. This is a back-formation from the participle *quadrupedans*, which occurs in *Aen.* 8. 596. The verb may have existed in early Latin, but that fact was probably not known in the early Quattrocento.

12. Cf. *Graecismus*, XV. 87–88 (ed. Wrobel, p. 155).

13. See the identical or almost identical verses in Alexander de Villa-Dei, *Doctrinale*, verses 980–982 (ed. Dietrich Reichling, pp. 64–65), and also in the *Flores grammaticae* of Ludolphus de Lucho (ca. 1300): “Largior experior veneror moror osculor hortor | Criminor amplector tibi sunt communia lector | Hec communia sunt actum passum quoque tradunt.” I quote from the undated incunabular edition printed in Basle by Jacob Wolf, f. q6r. Earlier Italian grammarians of Latin carry similar verses, e.g. Francesco da Buti: “Experior veneror moror osculor hortor | Criminor amplector tibi sint communia lector | Et bene si numerens Inspector addere debes.” I quote from Pisa, Biblioteca Cateriniana, Cod. 182 (15th century), f. 9v.

14. Compare *Eberhardi Bethuniensis Graecismus*, ed. Johannes Wrobel, *Corpus grammaticorum medii eui* (Uratistlaue [Breslau]: G. Koebner, 1887), chap. 26, lines 178–179, p. 241.

15. The following verbs are being referred to here: *areo, placeo, taceo, noceo, pareo, licet, metuo, oleo, liqueo, valeo, careo, and doleo*. The scribe of Napels, Biblioteca Oratoriana dei Girolamini, mbr. 49 = M. C. F. 1-19, fills in some of the verbs in this mnemonic verse.

16. A syntactic figure was a permissible deviation from regular syntactic rules (*licentia*); “*licentia ... saluabitur per figuram*,” as Sponcius put it. See Charles Fierville, *Une Grammaire latine inédite du XIII^e siècle* (Paris: Imprimerie Nationale, 1886), p. 180.

17. The spelling of these terms, most of them Greek, varies from copy to copy. Here are some of the commoner spellings: *prolempsis, silempsis, zeuma, sinthesis, antipthosis, sinodoche*.

18. *Aeneid*, 1. 212. This phrase is cited by many grammarians.

19. *Aen.* 1. 573. This is a standard grammarian’s quotation. The grammatically correct way to express this would be “*urbs quam statuo uestra est*.” According to modern traditional grammarians of Latin, the nominative (“*urbs*”) of the main-clause antecedent is *attracted* into the accusative case (“*urbem*”) due to its proximity to the accusative pronoun (“*quam*”) in the relative clause. In the *Doctrinale*, Alexander de Villa-Dei cites the example: “*sermonem quem vos audistis, verus habetur*” (Dietrich Reichling, *Das Doctrinale des Alexander de Villa-Dei*, Berlin: A. Hofmann, 1893, line 1456), and Alexander immediately adds the caution: “*usu communi tamen hoc non debet haberi*.” Pietro da Isolella (13th century) cites the Virgilian example “*urbem quam statuo uestra est*” (Ch. Fierville, *Une Grammaire latine inédite*, p. 168). Compare Priscian II. 187. 17.

20. *Aeneid*, 1. 421.

21. Spelled *patronomicum* in many copies.

22. In some copies spelled *etheroclitum*.

23. This definition goes back as far as the preface to Cassiodorus’s *Institutiones*: “. . . in quo libro primum nobis dicendum est de arte grammatica, que est videlicet origo et fundamentum liberalium literarum [in one manuscript ‘fundamentum liberalium artium’].” (Cassiodorus, *Institutiones*, ed. R. A. B. Mynors [Oxford: Clarendon Press, 1937], p. 91).

24. According to Frederick R. Goff, this edition was printed by Lorenzo Morgiani and Johannes Petri for Piero Pacini on 14 March 1496.

25. Biblioteca Apostolica Vaticana, Chigi L IV 98, f. 17^r.

26. For my arguments in support of this assumption, see my article “Textual Problems in the Latin Grammar of Guarino Veronese,” *Res Publica Literarum*, 1 (1978), 241–254.

27. I suggest, moreover, that the insertion of the epithets happened first and then the conversion of the formule from the plural to the singular. Thus, one version has a mixed formulation: “*Nota quod verbum activum possessiva est illud quod vult ante se nominativum persone agentis . . .*” (Padua: Bartolomeo Valdezocchio, 19 February 1474, *Indice generale degli incunaboli*, No. 4529 [copy in the Biblioteca Civica, Padua], f. 7^r–7^v). Here the plural form *possessiva* comes from the older formulation “*Nota quod sunt quedam verba possessiva . . .*”